



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 75. Carolus V. ex Germania in Flandriam profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

les, ac criminibus obnoxii, propterea tamen non amittebant suorum bonorum dominium, itaque sub hoc prætextu nemo illos bonis ipoliandi, vel trucidandi jus habet, si ipsi nullam injuriam committunt. VII. Mercium commercia in eorum Regionibus haberi libere possunt, quin eis jugum imponatur, vel fraudes, dolique adhibeantur. VIII. Denique salutare quidem est, ut ad amplectendam fidem inducantur: id tamen fieri oportet per viam lenitatis, ac valida argumenta, non autem per vim, & metum, cum fides voluntate libera: nequaquam vero coacta suscipi debeat. His itaque rationibus ductus hic Religiosus vanos confutabat obtentus, quibus Hispani sibi persuadebant, quod hujus Nationis bona, ac Regionem usurpandi jure gaudeant.

Sæcul. XVI.
A. C. 1549.

§. LXXV.

Carolus V. ex Germania in Flandriam profectus.

Evoluto aliquot temporis intervallo *Sleid. l. 21.*
Carolus V. relicta urbe Augustana *p. 746.*
in Flandriam redire constituit, ut eo opportunius, si necessitas exigeret, Franciam invadere, cunctisque a Joanne Friderico Saxonie Duce, ac Hassie Landgravio forte attentandis promptius obvia-

Sæcul. XVI. obviare possent. Excipiebatur Carolus
A. C. 1549 Bruxellis cum ingenti gaudio, ac singulari amoris testificatione, elapsisque nonnullis post adventum suum diebus Landgravium ductore Joanne de Guevara cum præsidio ducentorum Hispanorum Audenardam Flandriæ arcem captivum abduci, emenso autem unius Mensis spatio eundem ad Mechliniense castrum sub eodem præsidio transferri præcepit, ubi etiam captivus detinebatur, donec suam libertatem recuperasset: Joannes vero Fridericus Cæsarem, quocumque iret, valido milite cinctus comitari cogebatur. Postquam igitur Carolus totum Imperium suæ potestati plene subditum cerneret, Philippum Filium suum amplectendi solatio frui, ejusque merita suis Italiæ ac Belgii ditionibus cognita reddere cupiebat, quocirca illum aliquamdiu penes se detinuit, ut eum de rebus tranquillum regimen concernentibus instrueret. Igitur Philippus acceptis Patris sui jussis omni, qua potuit, celeritate Bruxellas contendit, illucque die prima Aprilis anno sequenti pervenit.

Sleid. l. 21.
p. 747.